UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm C.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

SVMMAE.

Eccleſia emphyteoſim ad ſe ob lineam finitam deuolutam poteſt cuicunque uelit concedere, & de illa quem uelit reinueſtire, quando in inueſtitura extat pactum, quòd ſi per finitã lineam res ad eccleſiam reuertatur, abbas, ſeu prior poſſit liberè inueſtire, quemcunque ſibi placuerit.

2 Emphyteoſis priuati, & emphyteoſis eccleſiæ differunt in eo, quibus, quando ob lineam finitam eſt ad dominum reuerſa, ſit concedenda.

3 Doctori benè diſtinguenti credendum eſt.

4 Renouationem, ſeu inueſtituram emphyteoſis ob lineam finitam ad dominum reuerſæ petendi ius ad quos ſpectet.

5 Solitum ab aliquo certo modo fieri ut quid dicatur, inſpicitur ultimo loco factum, non autem id, quod antea ſæpius feciſſet.

6 Præſentãdi ius ad illum ſpectat, qui aliàs ultimo loco præſentauit.

EPITOME.

Ecclesia liberam habet poteſtatem emphyteoſim ad ſe ob lineam finitam deuolutam, cui uelit, cõcedendi, & de illa, quemcunq; maluerit, reinueſtiendi, ſtante pacto in inueſtitura, quòd ſi res per finitam lineam ad eccleſiam reuertatur, abbas, ſeu prior liberè poſſit, quemcunq; ſibi placuerit, inueſtire.

CONSILIVM C.

Viſo puncto exhibito, ac uiſis allegationibus hinc inde doctiſſimè factis, arbitror de iure ueriſſimum eſſe, ſaluo tamen ſaniori cuiuſlibet rectius ſentientis iudicio, ꝙ in caſu, de quo agitur, eccleſia, ad quam res ob lineã finitã eſt deuoluta, poſſit ſine aliquo impedimento, & contradictione rem illã, cui uelit, concedere, & de ea liberè inueſtire, uel Luciam, aut Marcũ, uel Ceſarẽ, & Sanctem, prout ipſi eccleſiæ uidebitur, & placuerit. Ad quam concluſionẽ corroborandam licet quamplura poſſem adducere, tamen paucis ero con-
1 tentus. † Conſidero itaq; multũ illa uerba in inueſtitura appoſita, ꝙ ſi per finitã lineam res reuertatur ad eccleſiã, abbas, ſeu prior poſſit liberè inueſtire, quẽcũque ſibi placuerit, quibus licet do. Martinus aduocatus ſatis pulchrè conetur reſpondere, tamen ea mihi inferunt, licitum eſſe eccleſiæ rem concedere, cui uelit, ut de hoc uidetur text. clarus in c. fi. ibi liberè, ſi uideris expedire, concedas, iuncto principio illius tex. extra de feudis. quem tex. ad hoc propoſitum inducit Alex. in l. ſi mihi, & titio. in penult. col. verſic. pro qua opinione. ff. de verb. oblig. & facit, quod idem Alex. voluit ibi in vlt. col. in 3. limitatione, allegando tex. in c. 1. ſi uaſall. feu. priue. in uer. gratiam facere. quæ uerba ſecundum ipſum liberam facultatẽ denotant. c. ſi gratioſè. de reſcrip. in 6. Et ſic innuit, ꝙ in materia noſtra hæc uerba liberam facultatem denotantia inferunt, ꝙ dominus, cui uelit, concedere poſſit: & hæc ſuadentur, quia tenendo etiam, ꝙ eccleſia regulariter teneretur renouare deſcendentes, ſeu agnatos ultimi emphyteotæ, in cuius perſona emphyteoſis eſſet finita, & in hoc opinio Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſti. ſeruanda eſſet, tamen quando uerba huiuſmodi eſſent in inſtrumento emphyteoſis appoſita, contrarium eſſet dicendum ad hoc, ut uerba illa aliquid operarentur. argumento l. ſi quando, cum ſimil. ff. de lega. 1. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſuris. l. 1. in fi. ff. ad municipa. & l. ſi quando. in princ. C. de inoffi. teſtamen. nam abſq; illis uerbis ſecundum opinionẽ Bart. & ſequacium in d. §. permittitur. eccleſia agnatos, & deſcendẽtes emphyteotæ renouare teneretur, ergo ſi eccleſiæ libera facultas data eſſet, prout in caſu noſtro, ea poterit liberè, & ſine aliquo impedimento, ac contradictione, quem uoluerit, inueſtire, alioquin illa uerba nihil operarentur, quod non eſt dicẽ-
2 dũ. ¶ Secundo † præmiſſa concluſio confirmatur ex ijs, quæ in terminis uoluit Alex. in d. l. ſi mihi, & titio. col. penul. qui in hoc articulo, opiniones contrarias ad concordiam reducendo, differentiam facit inter emphyteoſim priuati, & emphyteoſim eccleſię, ut primo caſu procedat opinio Bar. & ſequaciũ in d. §. permittitur. per iura, quæ ipſe allegat, quæ procedunt, & loquuntur ſecundũ iura ciuilia, quæ, niſi ſint expreſſè à canone approbata, non ſunt cõtra eccleſiam ſeruanda. c. eccleſia ſanctæ mariæ. & c. quæ in eccleſiarũ. de conſtit. c. fi. de rebus eccle. non alienan. & per Docto. in c. fi. de ſolutio. quamuis, ut ipſemet Alex. in d. l. ſi mihi, & titio. atteſtatur, hæc opinio in puncto iuris ſit multũ dubitabilis, nec benè iure probetur, ut colligitur ex ijs, quæ ibi Alex. inquit, reſpondendo ijs, quæ pro dicto Bart. faciunt. Secundo uerò caſu procedat opinio eorum, qui contra Bartolum tenent, ꝙ eccleſia non teneatur deſcendentibus, ſeu agnatis ultimi emphyteotę concedere, ſed poſſit, cui uelit, concedere, qm̃ finita linea, ſi uelit alteri cõcedere, iure ſuo utitur, & ideò nemini iniuriã facit. l. iniuriam. §. 1. ff. de iniur. Et hanc opinionem tenet Io. de Imol. in d. c. fi. de feudis. & in c. penult. de poſtulatio. prelatorum. dicitq; Alex. in d. l. ſi mihi, & titio. Romanum ita tenere in ſuis conſiliis, pluraque alia, quæ aliter non refero, pro hac ſua diſtinctione adducit, & quamuis articulus ſit hincinde multum dubitabilis, & diſputabilis, tamen ſatis nobis pro nunc ſit ex dictis Alexan. ibi concluſionem ſupra traditam multum corroborari,
3 & maximè, quia † doctori bene diſtinguenti credendum eſt, cũ ſecundũ Senecã benè diſtinguens proximus ſit ueritati, ut ponit Salic. in l. filiæ. col. 2. C. famil.
4 herciſcund. ¶ Dici ẽt poſſet in caſu noſtro, † ꝙ de mẽte ſcribentium, qui de hac materia loquuntur, & qui opinionem Bartoli ſequuntur, magis cõmuniter eſſe uidetur, ꝙ hoc ius petendi inueſtituram, ſeu renouationem finita linea tranſeat, ſeu ſpectet ad deſcendentes per generationem ultimi emphyteotæ, ut ſi emphyteoſis uſq; ad tertiam generationem fuerit conceſſa, illi de quarta generatione ad hoc petẽdum admittantur, ita colligitur ex gl. in d. l. 1. §. permittitur. & in his terminis Barto. ibi, & in d. l. ſi mihi, & titio. & ibi Alex. in antepenult. col. loqui uidentur, formãdo quæſtionẽ in deſcendentibus, qui ſunt de quarta generatione, nã appellatione tertiæ, ſeu quartæ generationis comprehenduntur tertii, ſeu quarti generati poſt caput familiæ, à quo generãtur, atq; deſcendũt, ut per Alex. in l. quod dicitur. col. 24. ff. de uerb. oblig. & bonus eſt tex. in c. fœlicis. ibiq; doct. de pœn. in 6. Sed Lucia, & cæteri, qui inueſtituram, ſeu renouationẽ petunt, non ſunt de generatione, nec deſcendẽtia Simonis ultimi emphyteotæ, qui ſine filiis, & nepotibus deceſſit, & ad quem res tota fuit deuoluta per ius nõ decreſcendi, ſeu melius uirtute cuiuſdã ſucceſſionis, uel ex ui taciti pacti, & inueſtituræ ſic cõceſſæ iuxta ea, quæ habentur per Bar. & Alex. in d. l. ſi mihi, & titio. col. antepenul. in prin. ergo ad ipſos ius iſtud petẽdi huiuſmodi renouationẽ ſpectare non poteſt: quãuis de hoc ultimo dicto ſatis dubitari poſſit, ut aliàs dixi in conſilio edito in cauſa illorum de Saſſuno: & cũ hoc in caſu concluſio tradita aliis urgentioribus fundamentis, de quibus ſupra, poſſit corroborari, ſuper illius dicti ueritate inſiſtendum nõ eſſe exiſtimaui. ¶ Minus ẽt hoc ius petendi renouationẽ prædictã cõpetit Cæſari, & Sancti, tũ quia nõ ſunt de deſcendẽtibus Simonis, nec Iacobi, tum quia nõ ſunt hæredes dicti Simonis ultimi emphyteotæ, nec dicti Iacobi, prout requiritur ad hoc, ut dictũ ius cõpetat, per ea, q̃ uoluit Io. de Imol. in ſuo cõſ. inci. Petrus de Pãnolini,

quē ſequitur Alex.in d.l.ſi mihi,& titio. col.pen.& in addit.ad Bartolum in d.§.permittitur.& plenius dixi in prædicto conſilio à me edito in cauſa illorū de Saſ
5 ſuno.¶ Subdit etiam † quantū ad hoc, ut eccleſia dicatur, ſeu cenſeatur conſueta aliquid facere, ſeu rē certo modo cōcedere, ꝙ inſpici debet id, quod eccleſia ultimo loco fecit, non conſideratis ijs, quæ prius ſæpe feciſſet, ut colligitur ex ijs, quæ notabiliter uoluit Bald.in l.binos.C.de aduoca.diuer.iudic.& eſt bonus
6 tex.in l.ſi mater.C.ne de ſtatu defunct. † prout quoad ius præſentandi ſemper inſpici debet, quis aliàs ultimo præſentauerit, nam ad illum ſpectat ius præſentādi, tanquam is in quaſi poſſeſſione præſentādi eſſe dicatur, ut in c.conſultationibus. cum glo. & ibi Anto. Abb. & alii de iure patro. & in c.querelam.de electio. Vlterius ſuper his nolo nunc inſiſtere, ſed omiſſis pluribus, quæ potuiſſem adducere, concludendum eſſe arbitror in caſu occurrenti, quòd eccleſia libera ſit quo ad facultatem concedendi, & inueſtiendi quemcunque uelit. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Emphyteoſim ob lineam finitam ad dominum reuerſam dominus deſcendentibus proximioribus emphyteotæ mortui tenetur renouare, ſi re integra, & ante quam dominus alteri conceſſiſſet, illius renouationem petiißent.*
2 *Et quando ius renouationem huiuſmodi petendi competit hæredibus agnatis, collateralibus, & fęminis, intelligitur, ſi huius emphyteoſis regulariter ſint capaces.*
3 *Naturales, & legitimè nati emphyteoſis eccleſiæ renouationem nec tanquam hæredes, nec tanquam proximiores, & agnati petere poſſunt.*
4 *Etiam ſi eſſent legitimati.*
5 *Niſi etiam quoad huiuſmodi bona eſſent expreſsè legitimati ab habente expreſsè etiam quoad hæc bona legitimandi poteſtatem.*
6 *Legitimandi etiam ad bona emphyteotica ſimpliciter poteſtatem habens intelligitur de bonis emphyteoticis prophanis, & priuati, non autem eccleſiæ.*

E P I T O M E.

Emphyteosi eccleſiæ ad ipſam eccleſiam ob finitam lineam reuerſa, ſi hęredes agnati, & collaterales, & fœminæ, naturales, & illegitimè nati illius renouationē peterēt, eccleſia eis illā concedere nō tenetur.

Et legitimati etiam ad bona emphyteotica ſimpliciter ab habente poteſtatem legitimandi ad bona emphyteotica ſimpliciter non intelliguntur legitimati ad emphyteoſim eccleſiæ.

CONSILIVM CI.

IN hac cauſa paucis utendo concludo Sempronium fore in emphyteoſi conceſſa ab eccleſia præferendum hæredibus Titij, ob cuius mortem, & lineam finitam emphyteoſis ad eccleſiā reuerſa fuit. Nā ultra quod dici poſ
1 ſet, † ꝙ licet aliàs, finita emphyteoſi ob lineam, & generationem finitam, dominus emphyteoſim deſcendentibus emphyteotæ mortui renouare teneatur, alioquin ob iniuriam ſic ipſis illatam poſſint appellare, ut uoluit Bart.in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quotid.& æſti.& in l.ſi mihi, & titio.ff.de verb.oblig. cum ſimilib. tamen hoc non procedat, quando dominus rem alteri conceſſiſſet prius, quàm proximiores deſcendentes ipſius emphyteotæ ſe renouari petiiſſent, & ſic ante eorū petitionē res integra eſſe deſijſſet, ut uoluit Roma.in conſi.70. aliàs 68. per textum in c.1. de natu.feu.& argumento c.quamuis.de reſcriptis in 6.& eorū, quę uolunt Bart.& alii in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff. de liberis, & poſthum. loquentes de legitimatione filii naturalis facta, uel petita re non inte-

gra poſt mortem patris, & facit id, quod
minis Alexan.in conſ.10.colum.ultim.
in indiuiduo uoluit dominus Præpoſi.in c.
admodum feud.ad fil.perti.col.penult.
dici poſſet, ꝙ ſoror dicti Titij hæres inſti
renouari petit, non eſt proximior deſcen
ius petendi renouationem finita emphyte
tat deſcendentibus, Bart.in d.§. permitti
in fin.de priuileg.credit.& Alex.in d.l.ſi m
poſt Bartolum in ulti.col.quæ omnia, lic
nonnulli contrarium uoluerint, caſui, &
noſtræ optimè conuenirent, alia tamen
optima ratione concluſionem ſupra tra
probo. Nam poſito, ꝙ hoc ius petendi
etiam hæredibus collateralibus, & fœm
tat ſecundum aliquos in c.bonæ.il 2.de p
2 torum. tamen † hoc uerum eſt, quandoq
collaterales etiam fœminæ illius emphyte
ſiæ capaces eſſent, & non aliter, ut probatu
habentur per Alexan.poſt alios in d.l.ſi m
in vltim.col.cum ijs, quæ pońunt Moder.
aliàs comprehenſi ſub inueſtitura, ſi prop
non ſolutum ſint emphyteoſis incapaces,
tur à iure petendi renouationem fieri de
ad eccleſiam propter lineam finitam reuer
te ceſſatione ſolutionis canonis ſunt effic
ces, & excluſi dicuntur. Sed in caſu noſtro
hæres à Titio inſtituta huius emphyteoſis
cæ omnino incapax eſſe dicitur, quia eſt
baſtarda, ergo nullum ius petendi dictam
3 nem ſibi competit, † qm̄ naturales, & ille
nullum poſſunt habere ius petendi, ſeu
emphyteoſim eccleſiæ ſeu tanquam hæ
quam conſanguinei alterius, ut in c.1.§
ibi glo.& Docto.ſi de feudo contentio
4 num, & agna. † Et hoc procedit, ueluti te
not.probat, etiam ſi naturalis, & illegitim
ſet legitimatus, quod ſequuntur Doctores
ter ad tradita per Baldum in l.generaliter.
tem.ibique Moder.C.de inſtitut. & ſubſti
dit.factis. & in l.eam, quam.C.de fideicom
betur plenè per Alexādrum, & Imolam in
§.ſi quis rogatus, col.10.ff.ad trebellianum.
dum, Abbatem, & alios maximè moder. in
ſentia. de probationibus, & hoc propter di
eccleſiæ, quæ huiuſmodi hominum genus
ut ibi. & habetur in c. lator. & in c. per uen
qui filii ſint legitimi. ¶ Et ſi diceretur, præd
procedere, quando naturales eſſent expreſ
mati etiam quoad bona emphyteotica, & fe
cleſiæ, quia ſic legitimati poſſent in talibus
cedere per gloſam, & Doctores in d. §. natu
uerbo naturales, ergo ſimiliter poſſent reno
5 ob finitam lineam petere, reſpōdetur † præd
cedere, qm̄ fuerunt expreſsè, & ſpecialiter le
ut etiā poſſint in emphyteoſi eccleſiæ ſucce
qm̄ fuerunt legitimati ab eo, qui habebat
ſtatem legitimandi etiam quoad bona em
ca, & feudalia eccleſiæ, alioquin † ſi domi
mans, ut Comes, uel alius haberet ſimplici
gitimandi ad bona emphyteotica, non
habere ius legitimandi ad bona emphyte
cleſiæ, ſed ad bona tantum prophana, &
quiritur enim, quòd ſpecialiter, & expreſ
poteſtas legitimandi etiam ad bona eccleſi
rit ad hoc, ut ad illa poſſit legitimare per
ibi doctores communiter in d.cap. per uen
& in dicto §. naturales. nam poteſtas le
per reſcriptum iſtis Comitibus conceſſa
tans, & odioſa. argumento eorum, quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN